

Mozart, Requiem

Wolfgang Amadeus Mozart

REQUIEM [d-moll KV 626.]

According to: Hug&Co.+Zuerich, Switzerland

Languages: Latin, German

Latina:

1. Requiem

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis, te decet hymnus, Deus in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem; exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

2. Dies irae

Dies irae, dies illa solvet saeculum in favilla, teste David cum Sybilla.

Quantus tremor est futurus, quando iudex est venturus, cuncta stricte discussurus.

3. Tuba mirum

Tuba mirum spargens sonum per sepulchra regionum, coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura, cum resurget creatura, iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus iudicetur.

Judex ergo cum sedebit, quidquid latet apparebit, nil inultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus? quem patronum rogaturus, cum vix justus sit securus?

4. Rex tremendae

Rex tremendae maiestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis.

5. Recordare

Recordare Jesu pie, quod sum causa tuae viae, ne me perdas illa die.

Quaerens me sedisti lassus, redemisti crucem passus; tantus labor non sit cassus.

Iuste iudex ultionis, donum fac remissionis ante diem rationis.

Ingemisco tanquam reus, culpa rubet vultus meus; supplicanti parce Deus.

Qui Mariam absolvisti, et latronem exaudisti, mihi quoque spem dedisti.

Preces meae non sum dignae, sed tu, bonus, fac benigne, ne perenni cremer igne.

Inter oves locum praesta, et ab hoedis me sequestra, statuens in parte dextra.

6. Confutatis

Confutatis maledictis, flammis acribus addictis, voca me cum benedictis.

Oro supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis, gere curam mei finis.

7. Lacrymosa

Lacrymosa dies illa, qua resurget ex favilla iudicandus homo reus.

Huic ergo parce Deus, pie Jesu Domine, dona eis requiem! Amen!

8. Domine Jesu

Domine Jesu Christe! Rex gloriae! Libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni et de profundo lacu!

Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscurum:

sed signifer sanctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahae promisisti, et semini ejus.

9. Hostias

Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus.

Tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas,

Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti, et semini ejus.

10. Sanctus

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth! pleni sunt coeli et terra gloria tua.

Osanna in excelsis.

11. Benedictis

Benedictis, qui venit in nomine Domini.

Osanna in excelsis.

12. Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

Lux aeterna luceat eis, Domine, cum sanctis in aeternum, quia pius es.

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

Deutsch:

1. Requiem

Ewige Ruhe gieb ihnen, Herr, und ewiges Licht leuchte ihnen; dir gebuehret Lobgesang, Gott in Zion, und Anbetung soll dir werden in Jerusalem; erhoehe mein Gebet, zu dir kommt alles Fleisch. Ewige Ruhe gieb ihnen, Herr, und ewiges Licht leuchte ihnen. Herr erbarme dich! Christe erbarme dich! Herr erbarme dich!

2. Dies irae

Tag der Zornes, Tag der Klage, der die Welt in Asche wandelt, wie Sybill' und David zeuget. Welches Zagen wird sie fassen, wenn der Richter wird erscheinen, Recht und Unrecht streng zu richten.

3. Tuba mirum

Die Posaune wundertoenend durch die grabgewoelbten Hallen, Alle vor den Richter fordert. Tod und Leben wird erbeben, wenn die Welt sich wird erheben, Rechenschaft dem Herrn zu geben. Ein geschriebenes Buch erscheint, darin alles ist enthalten, was die Welt einst suehnen soll. Wird sich dann der Richter setzen, tritt zu Tage was verborgen; nichts wird ungeraecht verbleiben. Was werd', Armer, ich dann sprechen? welchen Mittler soll ich rufer, da selbst der Gerechte zittert?

4. Rex tremendae

Herr, dess' Allmacht Schrecken zeuget, der ich fromm den Frommen neiget, rette mich Urquell der Gnade!

5. Recordare

Ach! gedenke, treuer Jesu, dass du einst fuer mich gelitten; lass mich jetzt nich untergehen! Muede, hast du mich gesucht, Kreuzestod auf dich genommen; lass die Mueh' nicht fruchtlos werden. Richter im Gericht der Rache, lass von mir die Gnade finden, eh' der letzte Tag erscheint. Schuldich seufze ich und bange, Schuld erroethet meine Wange; Herr, lass Flehen dich versoehnen! Der Marien hat erloeset, und erhoeret hat den Schaecher, mir auch Hoffnung hat gegeben. All' mein Flehen ist nicht wuerdig, doch, du guter, uebe Gnade, lass mich ewig nicht verderben. Lass mich unter deiner Heerde, von der Strafe freigesprochen, dann zu deiner Rechten steh'n.

6. Confutatis

Wenn Empoerung, fluch und Rache wird gebuesst in heissen Flammen, o! dann rufe mich zu dir! Flehend demuthvoll ich rufe, und mein Herz beugt sich im Staube: sorgend denk' ich der Erloesung!

7. Lacrymosa

Thraenenvollster aller Tage, wenn die Welt der Asch' entsteiget, suendvoll sich dem Richter neiget: Herr, dann wolle ihr verzeihen! treuer Jesu, Weltenrichter, sel'ge Ruhe ihr verleihen! Amen!

8. Domine Jesu

Herr Jesu Christ! Koenig der Ehren! Befreie die seelen allen treuen Abgeschiedenen von den Strafen der Hoelle und von dem tiefen Abgrunde. Errette sie aus dem Rachen der Loewen, dass die Hoelle nicht verschlinge, und sie nicht fallen in die Tiefe: sondern das Panier des heiligen Michael begleite sie zum ewigen Lichte, welches du verheissen hast Abraham und seinem Geschlechte.

9. Hostias

Opfer und gebet bringen dir, Herr, lobsingend wir dar. Nimm es gneadig an fuer jene Seelen, deren wir heut' gedenken: Lass sie, o Herr, vom Tode zu dem Leben uebergehen, welches du verheissen hast Abraham und seinem Geschlechte.

10. Sanctus

Heilig, heilig, heilig ist der Herr Gott Zebaoth! Voll sind Himmel und Erde deiner Ehre! Hosanna in der Hoehe!

11. Benedictus

Gesegnet sei, der da kommt im Namen des Herrn! Hosanna in der Hoehe!

12. Agnus Dei

Lamm Gottes, das du traegst die Suende der Welt, schenke ihnen Ruhe. Lamm Gottes, das du traegst die Suende der Welt, schenke ihnen ewige Ruhe. Ewiges Licht leuchte ihnen, Herr, mit allen deinen Heiligen in Ewigkeit, denn du bist ewig gut. Ewige Ruhe gieb ihnen, Herr, und ewiges Licht leuchte ihnen.

